

Hermann Christoph Engelken

**Hermanni Christophori Engelcken, S. S. Theol. Doct. ... Hodie Academiae
Rostochiensis Rectoris, Programma Lugubre, Quo Funus Matronae ... Dnae.
Catharinae Margarethae, Natae Wulfiae, Viduae Viri ... Dn. Matthiae Stein/ Juris-
Consulti In Hac Alma, Et Antecessoris Celebratissimi, Nunc Beati, A Mæstissimis
Cognatis, Anno MDCCXXXIV. Die XVI. Mart. decenter apparatus ... O. O. Ordinum
Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Typis Jo. Jacob. Adleri, [1734]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1799870472>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Privatrecht-Programme,
meist Fideikommiss in dortigen bürgerl. Familien betr.

(Zinsverträge in nobilitierten Familien:


Nettelbladt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
i. d. R.)

82 Stücke

Mk1b Gen - 40
2/3 II

9/1
Hain.
1833.





1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Isabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Pansen. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Pohn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoepffer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Jöppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.
72. Weiß, Gottfried. 1697.
73. Wetken, Johann Georg. 1716.
74. Wilde, Joachim. 1737.
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.
81. Zaidler, Johannes. 1727.
82. Zinck, Johannes. 1732.



80.
HERMANNI CHRISTOPHORI

S N O E L C R E N,

S. S. THEOL. DOCT., EJUSQUE PROF. PUBL. ORD., FCTIS THEOL.
SEN. ET h. t. DECAN. AD ÆD. JOH. PAST.

HODIE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS RECTORIS,

PROGRAMMA LUGUBRE,

QUO FUNUS

MATRONÆ PRÆNOBILISSIMÆ, OMNIQVE
VIRTUTUM, SEXUM SUUM ORNAN-
TIUM, DECORE FULGIDISSIMÆ,

DNÆ. CATHARINÆ

MARGARETHÆ,

NATÆ WULFIÆ,

VIDUÆ

VIRI OLIM CONSULTISSIMI AMPLISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. MATTHIÆ Stein,

JURIS-CONSULTI IN HAC ALMA, ET ANTECESSORIS
CELEBRATISSIMI, NUNC BEATI,

A MŒSTISSIMIS COGNATIS,


ANNO MDCCXXXIV. DIE XVI. MART.

decenter apparatus, pro officii ratione, humanissime indicit,
atque ad frequentem ac honorificum comitatum

O. O. ORDINUM CIVES ACADEMICOS, SUIS
QUOSQUE NOMINIBUS AC TITULIS
CONSPICUOS,
enixissime invitat.

R O S T O C H I I,

Typis JO. JACOB. ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typographi.



Actenus, per Academici mei regiminis decursum, Virorum nonnullorum, ad societatem eruditam pertinentium, tristem ex hoc mundi diversorio discessum, consueto scriptionis funebris genere, indicare necesse habui. Vix nimirum ultimo Anni præterlapsi quadrante, ad clavum Reipublicæ litterariæ sedere occeperam, ubi actutum funus B. DN. Doctoris PETRI STOLTII, indicendum erat. Brevi interposito spatio, idem honoris officium præstare debui B. Doctori ALBERTO HEINSIO, Caussarum olim Patrono solertissimo. Tum vero, FRATRI meo amantissimo, *Superintendenti Districtuum Parchimensis & Mecklenburgensis, nunquam non vigilantissimo*, quo, post DEUM, nihil mihi fuerat jucundius, sub ipsis novi hujus Anni primordiis, ad meliores evocato, perpetuumque mihi ac bonis omnibus sui desiderium relinquenti, non potui non ultimum amoris documentum, lugubris Programmatis in publicum editione, testatum facere, sicque gratam Præsulis hujus, memoria digni, memoriam cunctis genuinæ virtutis amatoribus de meliori

commen-

R O S T O C H I I
 Typis JO. JACOB. ADLERI, SPRENGERS. ERH. & ACAD. Typographi.

commendare. Et ecce! nunc quoque ad exequias Matronæ laudatissimæ frequenti comitatu cohonestandum, vocare teneor, quandoquidem vitam cum beata morte commutasse prænobilissimam, omnique virtutum apparatu condecoratissimam Dominam CATHARIAM MARGARETHAM STEINIAM, natam WULFIAM, neminem nostrum lateat. Ita mors atra, quæ Virorum doctorum coronam egregiis aliquot ornamentis spoliavit, privavitque, foeminino etiam sexui parcere noluit, sed pariter ex illius consortio pronuper insigni aliquod membrum abstulit. Nempe *per peccatum mors in omnes homines pertransit Rom. V. 12. & positum est hominibus semel mori Ebr. IX. 27.* unde, viva duce experientia, *Horatius Lib. I. Carm. 4.* canit:

*Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres.*

Et *Lib. I. Carm. 28.*

*Omnes una manet nox
Et calcanda semel via lethi.*

Quocum consonat illud *Demosthenis in Orat. de Corona*: *πῆρας μὲν ἀπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τὸ βίη ὁ θάνατος, καὶ ἐν ὀνόματι τῆς αὐτῶν καθ' ἑαυτῶν τηρεῖται.* i. e. *Mortalibus omnibus vitæ finis est mors, etiamsi quis in domuncula conclusum se conservet.* Verum enim vero annon mortis imperio longe sic lateque se extendente, & neque personam, neque eruditionem, neque sexum, neque ordinem, neque fortunam, neque facultates, neque aliud quid, respiciente, *in ipsam mortem invehit, & velut quodam sermonis impetu ferri licebit?* Næ communem si morem intenta mentis acie paulisper contemplari collibitum fuerit, multas durorum verborum myriades hic audiri, tam certum est, quam quod certissimum. Ex *Poëtarum* choro accersere possumus facundissimum *Ovidium Lib. III. Amorum*, ingeminantem:

*Scilicet omne sacrum mors importuna profanat.
Omnibus obscuras injicit illa manus.*

Audiamus & *Virgilium Georgic. Lib. III.*

*Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit, subeunt morbi tristisque senectus,
Et labor, & divæ rapit inclementia mortis.*

Concinit prædictus *Horatius Lib. I. Carm. 28.:*

*Mista senum ac juvenum deflentur funera! Nullum
Sæva caput proserpina fugit.*

Et quem præterit, stylo quoque præsertim *Poëtarum Christianorum*, multis nominum ac epithetorum varietatibus mortem insigniri, describi, ac velut diceris quibusdam invadi? Nonne mox apud *vorax hominum* (*Menschen-Fresser*), *inimicus mortalium* (*Menschen-Feind*), *homicida* (*Menschen-Würger*), *vir offeus* (*Knochen-Mann*), *vir falcatus*, *falce instructus* (*Sensen-Mann*), *Tyrannus* (*Wüterich*) *inclemens*, *immisericors*,

erux, &c. & quis uno obtutu cunctos sistere potest locutionum modos, quibus feracia ingenia, licentia quadam poëtica suffulta, in mortem, animæque ex corpore discessum, videntur debachari? Quale ergo de inveterata istiusmodi consuetudine ferendum erit iudicium? An ea ex Ecclesiæ pomœriis proscribenda ac releganda? An vero sano in sensu toleranda, ac non omnino atro notanda carbone? Næ attendatur, ac æqua mentis trutina expendatur necesse est, quonam affectus ductu talia proferantur in medium. Acerbæ enim istiusmodi dictiones proficiscuntur ex animo *VEL perturbato, iracundo, indignabundo, ac divinæ ordinationi infenso, VEL composito, sedato, miseriarum humanarum memori, cetera DEI voluntatem ac irrevocabile decretum exosculante.* Si *PRIUS* fit, non potest non illa in mortem invehendi methodus maxime improbari, ac in peccatorum non agnitorum classe collocari. Nam qui indignationis ac impatientiæ oestro perciti, moriendi necessitatem, semel à DEO constitutam, traducere, sicque mortem convitiis incessere audent, manifestissimis e vestigio produnt speciminibus, quam longe absint à genuino DEI amore; quam profunde delectentur rerum mundanarum ludibriis? quam indignos se reddant verorum Christianorum titulo? Mercatorum Batavorum præcipuum quendam, cum ferali morbo colluctantem, accepimus summa affectum mœsticia, hisce usum fuisse verbis: *O DEUS nunquam à Te cælum petii, cur mihi invides hanc terram, uti memoriæ prodidit Job. Tollenarius in Speculo Vanitatis Cap. II. p. 91.* Profecto qui irato, torvoque mortem contuentur vultu, adeoque quandam quasi vindictam erga illam exercere student, eo ipso commonstrant, se à DEO cælum non expetere, sed altissimum potius Numen invidiæ insinulare, eo quod non perpetuas mortalium cœtui fecerit delicias terrestres. At vero plane aliter comparatum est cum *illis*, ad quos *posterius* quadrat. Qui enim *animo* gaudentes *composito*, tot appellationes, tot epitheta, afferunt ac efferunt, illi sic ad primam mortis nostræ originem utroque respicere incipiunt oculo, seria æstimatione recolentes, omnem miseriarum farraginem, ipsamque mortis legem ex contracta animæ labe profluxisse, diserte testante Gentium Doctore *Rom. V. 12.* Verum in hac cogitatione non conquiescunt, sed in ipsos etiam calamitatum humanarum fluctus se velut immittunt, cogitantes, moriendi necessitatem omnibus omnino hominibus, nemine hodie excepto, incumbere, & hinc obitum à DEO constitutum esse, tanquam *inimicum, mortalium voracem*, quatenus amicorum illud nobile par, animam & corpus, ab invicem disjungit separatque, tanquam *homicidam quendam*, qui corpus exanimat, tanquam *Virum offeum*, qui ossa carnibus nudat ac exuit, tanquam *hostem falcatum*, qui falce velut sua gramen debile, sc. homines infirmos, demerit, facitque arefcere, tanquam *tyrannum*, qui, quoad externam speciem, præsertim rationis coecæ oculis consideratus, immitem se ostendit, tanquam *inclementem, immisericordem, trucem*, qui nullis precibus flecti, nullis artificiis depelli, nulla potentia devinci potest. Hac ratione, memorata, quæ usurpari assolent, nomina, non habenda sunt pro *turpibus*, quibus morti quasi ægre fieri debet, *convitiis*, ac *maledictis*, sed pro *emphaticis dicendi modis*, quibus lamentabilia nostra post lapsum,

fata

fata exprimuntur, ac condocetur, decretum illud DEI severum *Gen. III. 19.* : *Pulvis es & in pulverem reverteris*, tam firmo stare talo, ut nemo, quicumque demum fuerit, ejus effectum elidere queat, aut effugere. Interim nemo suæ mentis intemperiei, furo aliquo prævaricationem haud postremam coloraturus, *licentiam prætexat Poëticam*, juxta illud *πολυθρύλλητον*:

-- -- -- *Pictoribus atque Poëtis,*
Quodlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Nam *licentia*, quæ dicitur, *Poëtica*, justos intra cancellos se contineat, neque in DEum aut proximum injuria sit oportet. Secus si fit, ea ipsa in maximum degenerat peccatum, ac severam summi Numinis, interdum quoque Magistratus terrestris, animadversionem, ut cæcias nubes, attrahit. Neque aliquid causæ nobis est, quare vatiniانو pallidam mortem prosequamur odio, & cum alias nulla ratione ipsi obfistere queamus, saltem ira accendamus, convitiisque certemus immanibus. Quis enim Christianorum in sola externa, torva ac horribili mortis specie consideranda, acquiesceret? in quantum vinculum inter animam & corpus arctissimum dissolvitur, pristinus membrorum motus tollitur, putredo inducitur, foetor conciliatur, deformisque excitatur aspectus. Quis non ad altiora perturbationum elevaret animum, aliunde accedentem, eamque amoenam, mortis conditionem perpendendo? in quantum ea, mellitissimi Servatoris beneficio, in dulcem commutata est somnum *Joh. XI. 11, 13.*, imo fidelium choro porta existit coeli patula, per quam in coelestia transimus habitacula, à Christo nobis benigniter præparata, *Joh. XIV. 2. 3.*, adeo ut *beati prædicentur in Domino morientes* *απαύσι*, ab ipso discessus tempore, *Apoc. XIV. 13.* Graphice sane divus Hipponensium Episcopus, Augustinus, de Prædestinatione Sanctorum *Lib. I. Cap. XIV. Opp. Tom. VII. fol. m. 269. Lit. M.* Quis, ait, audet negare Christianus, justum, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio futurum? Quilibet hoc dixerit, quis homo sanæ fidei resistendum putabit? Mox quoque *fol. 270.* varios ex Cypriani de mortalitate opusculo, decerpit flosculos, huc apprime facientes, pergens: Certe beatissimum Cyprianum disputasse constat, ut celerioris mortis beneficium commendaret, à peccatorum periculis eos eripi, qui hanc vitam finiunt, in qua peccari potest. In eodem Libro ait inter cetera: Cur non cum Christo futurus, & de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum vocaris, amplecteris, & quod diabolo careas, gratularis. Et alio loco: Pueri, inquit, periculum lubricæ ætatis evadunt; Itemque alio loco: Quid non, inquit, properamus, & currimus, ut Patriam nostram videre, ut Parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, Parentum, Fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, jam de sua incolumitate secunda, adhuc de nostra salute sollicita. His atque hujusmodi Doctor ille sententiis in Catholicæ (i. e. orthodoxæ) fidei luce clarissima satis aperteque testatur, usque ad hujus corporis depositionem peccandi pericula tentationesque metuendas, deinceps nulla talia quemquam esse passurum. Quod si & non

testaretur, quando de hac re Christianus qualiscunque dubitaret? Quoniam ergo dissolutio animæ & corporis, quam mortis nomine manifestare solemus, intuitu genuinorum Christi membrorum, ac in Domino decedentium, incredibile secum vehit emolumentum, finem afferendo austeræ calamitatum procellæ, deducendo in securum salutis portum, Dominoque nos æternum associando 1. *Thess. IV. 17.*, verorum Christianorum est, haudquaquam ex iracundiæ motu in mortem invehî, sed potius ejus adventum æquo ferre animo, ac de deliciis coelestibus, olim obtinendis, in sinu gaudere. Hæc omnia dum æqua judicii libra expendimus, non possumus non voluntati divinæ nos attemperare, paternamque ipsius manum blande exosculari, etiamsi mortis vis personas nobis deamatas vivorum contubernio eximat, nosque jucundo illarum commercio orbet. In mentem mihi hæc venerunt, cum *Matronam* quandam *honoratissimam* nobis ereptam dolemus, quam, nisi aliter summo placuisset Numini, diu adhuc superstitem optassemus omnes, salvam atque incolumem. Neque quæpiam, quænam illa sit, sciscitaturum, opinor, quandoquidem satis constat superque, inque frontispicio jam indicatum est, hanc mortalitatem exuisse *Fœminam Prænobilitissimam*, elegantique virtutum, sequiorem sexum condecorantium, jubare insigniter coruscantem, *Dominam CATHARINAM MARGARETHAM*, Viduam *STEINIAM*, Natam *WULFIAM*, cujus vitæ laudabilis, mortisque subsecutæ historiam, brevi penicillo persequi non erit dividia. Lucis usura primum frui cœpit hic *Rostochii*, Anno, supra *millesimum & sexcentessimum, septuagesimo quarto*, die *IX. Octobris*. *GENITOREM* indepta est Virum olim *Maxime Reverendum*, *Ampliss. atque Excellentissimum*, *DN. FRANCISCUM WOLFIUM*, *Philosophiæ & S. S. Theol. Doctorem*, hujusque primum in hac *Rosarum Alma* *Professorem Publ. Ord. fulgidissimum*, nec non ad *Ædem Marianam Pastorem vigilantissimum*, & *Rev. Ministerii Directorem spectatissimum*, post *Hamburgum evocatum*, ibique per aliquot Annorum spatium, *Pastorem ad Templum Nicolai meritissimum*, nec non *Scholarcham dexterrimum*. *GENITRICEM* vero exosculata, *Prænobilitissimam ac virtuosissimam DNam ANNAM SCHUCKMANNIAM*.

AVUS lineæ paternæ ipsi contigit Nobiliss. DN. EGGERTUS WOLFIUS, *Civis ac Negotiator Sundensis perinsignis*; *AVIA autem, Fœmina ornatissima, CATHARINA VENTSCHEN*.

AVUM lineæ maternæ habuit summe Rev. atque Excellentissimum DN. HERMANNUM SCHUCKMANNUM, *S. S. Theol. Doct. Ejusque Professore in Academia Rostochiensis Publ. Ord. celebratissimum*, postea *Serenissimo Duci regnanti Mecklenburgico, DN. GUSTAVO ADOLPHO*, piæ memoriæ, à *Concionibus aulicis ac Confessionibus Sacris*, nec non *Consilii Ecclesiastici Præsidem*, ac *Circuli Gastroviensis Superintendentem splendidissimum, solertissimum*; *AVIAM ejusdem lineæ nacta est fœminam Prænob. ac ornatissimam, Dominam MARGARETHAM LEMBKENIAM*.

Ulterius

Ulterius quidem excurrere, atque Majorum laudatissimorum telam pertexere liceret, sed ex hactenus memoratis satis constat superque, *B. Defunctam* ex egregio progenerata esse stemmate; ut taceam, SCHUCKMANNIANUM ac LEMBKIANUM nomen in tanto adhuc apud Nos flore esse, & numero, ut omni opera in recensendis familiis tam clarissimis supersedere omnino possim.

Quemadmodum autem primaria piorum Genitorum cura in eo versatur, ut infantes cum animæ immunditie nati, per sacram baptismi undam, à peccatorum inquinamento abluantur, atque in amœnum Ecclesiæ Christianæ gremium cooptentur; Ita & optimi Parentes HUIUS NOSTRÆ nihil hic in se desiderari passi sunt, potius in id sollicito incubuerunt studio, ut filia ipsorum amantissima per lavacrum Spiritus S. regeneraretur, fide donaretur, ac liberorum DEI felicitate bearetur. Postmodum, crescente ætate, prima fidei Christianæ rudimenta felici posuit successu, quandoquidem non solum, sub auspiciis optimorum *Parentum*, majora subinde in cognitione rerum sacrarum, ac pietate haud infucata, cepit incrementa, sed etiam prælaudati *Avi materni*, B. HEKMANNI SCHUCKMANNI, singularem experta est, in formanda tenera infantia, affectionem, animique propensionem, quippe qui hanc suam ex filia primogenita neptem carissimam tanta profecutus est caritate, ut eandem Gustavo, quo tunc ex Serenissimi Ducis, GUSTAVI ADOLPHI, voluntate, commissa ornaturus munia, concedebat, secum abduceret, nullique, in illa probe educanda, parceret solertiæ atque industriæ, in cujus etiam amplexibus jucundissimis *B. Defuncta* in decimum tertium usque ætatis annum hæsit, variis sic beneficiorum blanditiis demulsa & mactata. Ita insigni virtutum accessione locupletata & nova indolis raræ documenta magis magisque ostentans, patrios salutavit lares, mellitissimosque Parentes morum amoenitate, observantia, probitate, obsequio, nunquam non exhilaravit. Hæc continuata animi bonitas, nullis unquam vitiorum sordibus conspurcata, aut saltem interrupta, non poterat non omnibus arridere bonis, candidumque eorum reportare encomium, quoniam, *Menandro* dicente, μακάριον ἡ χρηστότης πρὸς πάντα, καὶ θαυμαστὸν ἐφόδιον βίῳ ἢ. e. *beata res est bonitas ad omne, & mirum viaticum vitæ.* Factum hinc est, auspiciis admodum felicibus, ut tam rara *B. Defunctæ* dotes Virum, laude nostra superiorem, Consulcissimum tunc atque Excellentissimum DN. MATTIAM Stein, Jctum maxime inclutum, ac Antecessorem in hac Academia ordinarium, splendidissimum, meritis in FCtatem juridicam, Universitatem, ac totam Civitatem nostram, nemini secundum, multos post se relinquentem, Fautorem olim nostrum atque Collegam æstumatissimum, in singularem sui pertraheret amorem, ut eam perpetuam vitæ sociam expeteret, mox quoque Anno MDCXCVII., summo annuente Numine, Parentibus consentientibus, Amicis adplaudentibus, conubii sibi vinculo, mediante benedictione Sacerdotali, paulo ante *B. Patris* ad Hamburgenses discessum, jungi curaret. Hoc quamlibet matrimonium extiterit improle, pignorumque carissimorum

expers, tanta tamen animorum conspiratione, harmonia, ac concordia semper fuit continuatum, ac perpetuatum, ut idem utrobique obtinuerit velle, idem nolle, id quod nobis omnibus ac singulis, quibus egregium hoc conjugum par nosse contigit, tam notum est ac perspectum, ut nemo id inficias unquam iverit, aut ire possit. Placuit vero præpotenti rerum Moderatori, ad cuius nutum cuncta se componere debent, arctissimum hoc, ac nulla simultatis asperitate inquietatum, conjugii vinculum, ultra duas hæcenus annorum decadas, per DEI gratiam, protractum, Anno supra millesimum & septingentesimum, decimo octavo, currente mense Septembris, præmatura amantissimi Mariti ex hoc mundo evocatione, divina sua manu dissolvere, ac B. Defunctam situ sic ac luctus squalore involvere. Sagacissimam Liviam, Conjugi suo, Augusto, adeo in deliciis fuisse accepimus, ut ægre ex illius sinu dimoveri se passus sit. Ita namque Suetonius in *Cæsaribus*, in *Augusto* Cap. XCIX. p. m. 120. Repente, ait, in osculis Livie, & in hac voce defecit: *Livia nostri conjugii memor, vive ac vale!* Sane B. D. STEINIUS suam CATHARINAM MARGARETHAM, tantopere tulit in oculis, ut nil nisi suavissimi consortii dissolutionem questus, si non eodem verborum sono, sensu tamen eodem, hanc vitæ suæ sociam, moribundus compellaverit: *Nostri conjugii memor vive ac vale!* Hac autem ratione B. Defuncta pretiosissimo, quo post DEum nihil habuerat prius, nihil antiquius, cimelio orbata, ad tristem viduitatis statum redacta est, inque eo, usque ad beatam *ἀνάλυσιν*, permansit, gratam tamen mariti sui memoriam nunquam deponens, ac de cætero vitam solitariam, juxta egregiam divi Gentium Doctoris regulam *1. Tim. V. 5.*: *Quæ vere Vidua & desolata est, speravit in DEum, & permanet in supplicationibus & precibus noctu diuque*, perpetim componens. Quemadmodum itaque B. STEINIA, per totum vitæ curriculum, indies cum Patre cœlesti in gratiam rediens, peccatorum suorum veniam, propter cruenta Servatoris nostri vulnera, intentissime expetiit, sincero DEI timore polluit, divina beneficia, larga manu ipsi collata, debita gratitudine deprædicavit, ac omnem suam in Patre cœlesti, per Christi sanguinem conciliato, fiduciam reposuit; ita generosam ac præclaram hanc mentem in ultima pariter corporis, quacum conflictari coeperat, lassitudine, constanter, per Spiritus S. assistentiam, retinuit, divinæ se voluntati penitus committendo, cunctos adversæ valetudinis casus patienter ferendo, animamque suam, sanguine Christi purificatam, blandæ DEI protectioni commendando. Cum autem die quinto currentis mensis Martii, ægritudo præter spem ac opinionem ingravesceret, fumeretque vires, evestigio Confessionarium suum, plurimum Rev. Ampliff. atque doctissimum Dn. M. GERLINGIUM, ad Æd. Mariæ Pastorem vigilantissimum, Fautorem nostrum ac Collegam æstumatissimum ad se accersivit, cumque eo sacros de obtinenda animæ salute, ac digna ad beatam mortem præparatione, sermones miscere in deliciis habuit, humili mente se peccatorum sordibus contaminatam confessa, serium ob commissas prævaricationes, doloris affectum prodens, ac vera cordis fiducia in

in JESUM, Servatorem dulcissimum, extra quem nulla speranda est salus *Act. IV. 12.*, recumbens, sibi ex mera gratia, propter huncce nostrum Servatorem, aeternae vitae praemium promittens. Licet autem haud exiguum praese ferret desiderium, sancto illo Coenae epulo, in majorem fidei confortationem, perfruendi, ita tamen, vehementia morbi subito accrescente, memoria ipsius deprehendebatur debilitata, ut in spirituali corporis ac sanguinis Christi perceptione, ac salutari ejus applicatione conquiescere debuerit. Interim non intermisit per concessa intervalla, ardentissimis suspiriis ac precibus uti, animaeque sic suae salutem quaerere, quandoquidem inprimis variis particulis Canticorum Ecclesiasticorum: *Ist GOTT für mich so trete gleich alles wider mich, it. O du dreheiniger GOTT etc.*, velut refrigeratione quadam, fessum rigavit cor, denique etiam ultimam praelaudati Confessionarii sui impertitam benedictionem sacerdotalem, & probe intellexit, & fideli applicatione in suum convertit usum, quo facto, die *Sabbathi*, qui erat *sexius Martii, hora sexta vespertina*, placide in Domino obdormivit, postquam in hac miseriarum valle exegisset *Annos LIX. quinque menses, & octo dies*. Ut vero historia morbi, ac insecutae mortis, more solito, subjungatur, en! eam enarrans Vir Prænobilissimus, Amplissimus, ac Excellentissimus DN. GEORGIUS CHRISTOPHORUS DETHARDINGIUS, Med. Doct. Ejusdemque Professor Publ. Ord. celebratissimus, Fautor ac Collega noster honoratissimus, hisce verbis:

Morborem insultus fieri crebriores, & tarditatem gravitate compensare, si quando ad annum quinquagesimum usque observata athletica corporis constitutio pedetentim in valetudinariam atque imbecilem commutatur, suo quoque exemplo corroboravit Beate Defuncta. Talis namque Ipsi per tres priores ætatis periodos contigit valetudo, ut non nisi de levioribus & brevi evanescentibus infirmitatibus, raro tamen, conquesta fuerit, quam autocratia naturæ ut plurimum tollere potuit. Ast, sub ætate provectori, crescentibus annis, decrescere robur viresque corporis observabat, morbique oriebantur, quorum vehementiam causæ procatartice quandoque haud parum augebant. Conflictandum proinde fuit passim cum Anorexia, Febri tertiana, Febri catarrhali, sociantibus sese subinde insultibus hypochondriaco-hysteris, quæ, licet remediis convenientibus propinatis auscultarent, vires tamen insensibiliter depauperare potis erant. Sic nondum semestre præterlapsum spatium, quod ab esu duriorum in cardialgiam syncopticam febri acutæ maritatam inciderat, quam quidem Divina assistente gratia, non neglectis in hunc finem

C
ordina-


ordinatis remediis superabat, talem tamen languorem remanentem experta, ut ab eo tempore ad pristinam alacritatem nunquam recedere potuerit. Orthostadia tamen redeunte, tolerabat jacturam virium irreparabilem magna animi tranquillitate, imprimis, cum munia domestica subeunda exinde non impedirentur. Accedebat denique tussis humida rebellis, quam ex improvise catarrhus suffocativus excipiebat. Sub hoc periculosissimo rerum statu, me itinere distracto, auxilium expetiebatur Viri Experientissimi & Doctissimi D. D. STEVERI, Practici apud nos felicissimi, Fautoris ac Amici æstumatissimi, qui & nihil omisit, quæ citum auxilium afferre potis erant, sed morbus hicce, qui annosioribus aliquando paucarum horarum spatio funestus esse solet, omnia respuebet adminicula, & Ægrotam sub lachrymis Consanguineorum nycthemeri decursu jujulabat.

Ita ex hoc mundi diversorio emigravit Beata STEINIA, ita ad coelestia domicilia commigravit, ita omnium ærumnarum finem sortita est exoptatum. Quoniam vero exanime corpus decentibus ceremoniis ad tumulum suum deducendum erit; agite, Cives O. O. Honoratissimi, ac frequenti comitatu ultimum honoris ac amoris signum facite testatum, mortalitatis insimul vestræ memores!

Conventus fiet in Templo Mariano hora audita
post meridiem prima.


P. P. SUB SIGILLO RECTORATUS,

Anno MDCCXXXIV. die XVI. Mart.







[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



LBMV Schwerin 33
000 184 241





primuntur, ac condocetur, decretum illud DEI severum *Gen.*
: Pulvis es & in pulverem reverteris, tam firmo stare talo, ut
 quicumque demum fuerit, ejus effectum elidere queat, aut
 e. Interim nemo suæ mentis intemperiei, tunc aliquo præ-
 onem haud postremam coloraturus, *licentiam* prætexat Poë-
 iuxta illud πολυθρύλλητον:

-- -- -- *Pictoribus atque Poëtis,*
Quodlibet audendi semper fuit æqua potestas.

centia, quæ dicitur, *Poëtica*, justos intra cancellos se contineat,
 n DEum aut proximum injuria sit oportet. Secus si fit, ea ipsa
 mum degenerat peccatum, ac severam summi Numinis, in-
 quoque Magistratus terrestris, animadversionem, ut cæcias
 attrahit. Neque aliquid causæ nobis est, quare vatiniano
 n mortem prosequamur odio, &, cum alias nulla ratione
 istere queamus, saltem ira accendatur, convitiisque cer-
 mmanibus. Quis enim Christianorum in sola externa, tor-
 horribili mortis specie consideranda, acquiesceret? in quan-
 er animam & corpus arctissimum dissolvitur, pri-
 n motus tollitur, putredo inducitur, foetor concii-
 ue excitatur aspectus. Quis non ad altiora per-
 animam, aliunde accedentem, eamque amo-
 ditionem perpendendo? in quantum ea, mellitis-
 neficio, in dulcem commutata est somnum *Joh.*
 elium choro porta existit coeli patula, per quam
 nus habitacula, à Christo nobis benigniter præ-
 2. 3., adeo ut *beati prædicentur in Domino morientes*
essus tempore, Apoc. XIV. 13. Graphice sane divus
 piscopus, *Augustinus, de Prædestinatione Sanctorum*
Opp. Tom. VII. fol. m. 269. Lit. M. Quis, ait, audet
 justum, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio
 hoc dixerit, quis homo sanæ fidei resistendum putabit?
 270. varios ex *Cypriani de mortalitate opusculo*, de-
 uc apprime facientes, pergens: *Certe beatissimum*
e constat, ut celerioris mortis beneficium commendaret,
ulis eos eripi, qui hanc vitam finiunt, in qua peccari
ibro ait inter cetera: Cur non cum Christo futurus,
itatione securus, quod ad Christum vocaris, amplecteris,
neas, gratularis. Et alio loco: Pueri, inquit, pericu-
vadunt; Itemque alio loco: Quid non, inquit, pro-
ius, ut Patriam nostram videre, ut Parentes salutare
illic nos charorum numerus expectat, Parentum, Fra-
uens nos & copiosa turba desiderat, jam de sua incolumi-
le nostra salute sollicita. His atque hujusmodi Doctor ille
æ (i. e. orthodoxæ) fidei luce clarissima satis aperteque
us corporis depositionem peccandi pericula tentationesque
s nulla talia quemquam esse passurum. Quod si & non
 B *testare-*

